

- 11 *claf. 1126. num. 48. Jul. Clar. in S. homicidum; ubi Baiard. num. 90. Farin. d.g. 115. n. 8. Guazzin. d. cap. 4. num. 20. Cabal. de homicid. num. 231. Giurba, d. consil. 17. num. 7. qui concludunt hoc casu puniendum extra ordinem esse propter excessum. Nam hoc procedit quando ex circumstantiis facti resultat, quod aggressor postquam vulneravit fugit, & aggressus eum sequitur, vulnerat, vel occidit, ita ut aliquod intervallum temporis, quantumvis modicum intervenit; nam tunc quia à simili aggressore fugiente non poterat timere repercussionem, si sequatur, & vulneret, potius ad vindictam quam ad defensionem fecisse videtur, ut est de mente omnium Doctorum. Secus verò quando incontinenti quis in discrimine vitæ constitutus adversarium repercutit facie ad faciem, in ipso actu aggressionis: quia tunc timere debet repetitionem vulnerum; & propriam salutem tuendo potest impune adversarium occidere, ut docent iura adducta supra num. 24. 25. & 26. & Doctores ibi relati, signanter Larrea, d. allegat. 117. num. 43. Cum autem reus in ipso actu aggressionis, ut apparebat, Don Franciscum vulnerasset, propriam vitam ab insidiis ipsius tuendo, nulla pœna teneri sequebatur.*
- Nam quod esset in discrimine vitæ satis comprobabatur ex aggressionem, & insultu facto per offensorem in causa honoris, qui amoris, vel libidinis causâ in simili conflictu repetebatur. Et ex genere armorum cum quibus insultatus fuit, ut perpendebam cum Petro Caballo & aliis, dicit. §. 8. num. 110. & sequi nemo enim est qui nesciat violentiam horum armorum, ob quod idem Caballus dixit, casu 88. num. 7. quod eorum ictu quis instantaneè occiditur, vel lethaliter vulneratur, antequam percipere aggressionem possit; nam insidiosè ab inimico opprimitur, & sic causa vera resultat, ut eum occidere possit ad sui defensionem. Quæ ad eò procedunt, ut in hoc casu homicidium dicatur necessarium. Ex quibus sententia die 16. Junii ejusdem anni 1667. fuit reus absolutus. Actuante causam Dominico Lopez de Pazos.

CONTROVERSIA XXIII.

De rivalitate & zelotypia, an ex his resultet indicium ad torturam uno ex rivalibus interempto, in alium contrivalem?

SUMMARIUM.

- 1 Facti species narratur.
- 2 Rivalitas causa esse solet inimicitia.
- 3 Zelotypia furor ad belluas extenditur.
- 4 Zelotypia Hieroglyphicum est camelus, & quare.
- 5 Zelotypia Equi, Tauri, Leonis, Apri & aliorum brutorum.
- 6 Elephantibus non solum proprias feminas zelant, verum etiam uxores Dominorum.
- 7 Aves zelotypia laborantes.
- 8 Pisces huic agritudini subiecti.
- 9 Deorum zelotypia celebris inter Ethnicos.
- 10 Zelotypia in homine est potentissima animi perturbatio.
- 11 Zelotypia sacrificium in Lege scripta institutum ad purgationem feminæ de adulterio suspectæ.
- 12 Zelotypia violentia ex sacra pagina deprimitur.
- 13 Zelotypia dura sicut infernus.
- 14 Zelotypus sevisimo dolore excruciat, ita ut pro jaculis flammis ministret.
- 15 Zelotypia effectus, ex Ludovico Vives.
- 16 Zelotypia crudelitates.
- 17 Zelotypia agritudo non solum inter conjuges diffunditur.
- 18 Zelotypia amoris filia, fetus turpissimus à pulcherrimo genitore.
- 19 Qui non zelat, non amat.
- 20 Zelotypia nascitur ex amoris vehementia.
- 21 Amor inordinatus non inter conjuges, sed inter amasos, machosq; versatur.
- 22 Zelotypia ad pueros etiam extenditur.
- 23 Amoris impetus homines excæcat.
- 24 Amore captus fas, nefasq; miscere solet.
- 25 Inimicitia nascitur inter rivales.
- 26 Inimicitia indicium sufficiens est ad torturam.
- 27 Inimicitia sola sufficit ad torturam in criminibus occultè patris.
- 28 Concubinatus respectu juris civilis Romanorum, matrimonio quoad affectum equiparatur.

22 Ase

- 29 Affectionis ratio equaliter procedit in causa iusta, vel iniusta.
- 30 Rivalitas per se est indicium sufficiens ad torturam.
- 31 Rivali occiso præsumitur ab alio rivali patratum fuisse homicidium.
- 32 Zelotypia ut facit indicium ad torturam, tria copulative requirit, nempe amor flagrans contrivalem, scientia reciproca, & quod agrè aliquis ferat.
- 33 Hæc requisita in nostra specie maxime comprobantur.
- 34 Mimarum amor qualis.
- 35 Mandatus non potest inquiri nisi constito de mandatorio delictum exegente.
- 36 Mandatarii probatio, ut in mandantem maleficium inquisitio prosequi valeat, habetur ad instar probationis corporis delicti.
- 37 Mandatarius si in inquisitione contra mandantem non nominetur, sublata erit præcipua causa defensionis resultans ex probatione que fieri potest ab alio crimen commissum fuisse.
- 38 Decisio absolutoria ab observatione iudicii.



IR quidam equestris gradus nequit, & insidiosè sclopeti ictu, nocturno tempore fuit occisus, per equitantem, qui assassinus credebatur, apud cadaver varix epistolæ amatorix repertæ fuerunt conscriptæ eidem occiso per feminam artem histrionicam profitentem, cum plausu, atque celebritate. In eis præter turpis amoris, seu consuetudinis factum, reperiebantur verba denotantia, alterius Rivalis curam, seu suspicionem, & monitiones ne ad Domum ipsius feminæ per aliquos dies accederet periculi vitandi causâ. Cum autem vulgaris esset noticia concubinatus hujus mimæ ab antiquo tempore cum viro Patricio, suspicio orta fuit iustu ipsius necatum fuisse. Quare capti fuerunt Amasus, concubina, & ex domesticis ipsorum aliqui: ipsa cum duobus aut tribus ex famulis questioni suppositi fuerunt tanquam testes, qui omnes quoad notitiam delicti negativi persistenterunt; solumque de antiquo cum Patricio concubinatu aliqua confessi erant. Dubitabatur in Aula causa legitime conclusa, an ex rivalitate, & zelotypia indicium resultaret in Patricium sufficiens ad torturam questionem?

Et prima facie videbatur quod sic: D. D. Laur. Mathau, de Re Crim. Pars I.

nam ex rivalitate inimicitia implacabilis inter eos qui zelotypia laborant oriri solet. Quia ipsa zelotypia est æmulatio qua amantes laborant ne alius reamata potiat; quæ quidem potentissima animi perturbatio est, adeo, ut non solum homines, verum cætera animalia furore, ira, rabie submoveantur, atque in vindicandi affectum acutissimum trahantur, non minus, atque ebrii, sive furore peccati.

De Camelo narrant Pierius Valerianus libr. 12. hierogl. & Ulysses Aldrovandus libr. 1. de quadrup. bisulcis, cap. 34. per cum zelotypiam significari; eo quod cætera animalia tempore quo veneris stimulis agitantur, in suum tantum genus ferocunt, ac sæviunt: camelus verò in unumquodque animal, etiam si hominem enumeres efferafcit. De equo narrat Pierius lib. 4. quod si juvenem equam accendisse libidinis causa viderit, ita indignari, ut nulla interjecta mora persequatur donec comprehensum verendis mordicis priver; quod & Aldrov. libr. 1. de quadrup. fol. lip. cap. 1. probat. De Apro Aristoteles libr. 6. histor. anim. cap. 18. asserit dimicare ex hac causa, mirum in modum se armare cutem quam crassissimè preparando arborumque attritu induratum luto etiam obducto & reficcato adversus ictus tergus invictum præveniendi, & dentes exacuendo. De taurorum pugna pulchrè Virgilius 3. Georgic. ubi eleganter Cæta. De Leone, Plinius lib. 8. natur. histor. c. 16. De cane aliique Aldrovandus libr. 1. de quadrup. digitat. c. 1. & lib. 3. cap. 1. & 2. & alibi passim. Sed, quod mirabilius videtur, est quod de elephantibus tradunt Ælianus & alii relati per ipsum Aldrovandum dicto lib. 1. de soliped. cap. 9. nempe non solum zelotypos summopere esse respectu propriarum feminarum, verum Aldulteria implacatissimo animo persequi, variis vindictis sumptis de Mœchis & Adulteris; quod plurimis exemplis demonstrant.

Ex avibus aquila, pavones, galli galinacci pluresque alix zelotypix ingentis sunt, ut ipse Aldrovandus scribit Ornithol. lib. 1. c. 1. lib. 13. c. 1. lib. 14. c. 1. & alibi pluries. Ex piscibus plura leguntur, præsertim de camaro, rombo, murenu-la, atque crocodilo, quorum plura cumulat Octavius Branciforcus, in tract. de animi perurbationibus, tit. de perub.

O 3 Subje

subjecto, sect. 10. & tit. de effectib. sect. 17. & eleganter complectitur Cassiodorus lib. 1. epistol. 37. cujus verba typis donavi 2. tom. de regim. cap. 8. §. 8. num. 69. sed quia valde ad rem, liceat iterum donare, ibi: *Feris insitum est copulam suam extrema concertatione defendere, dum omnibus est animantibus inimicum quod naturali lege damnatur: vidimus tauros faminas suas cornuali concertatione defendere; arietes pro suis ovibus capitaliter inservire, equos adjunctas sibi faminas calcibus, ac muribus vindicare, ita pro copulatis sibi animas ponunt, qui verecundia non moventur.*

Quod sic insitum est à natura, ut ethioci suos Deos hujus passionis alienos non crederent. De zelotypia Martis in Adonidem plura dixere, ut testatur Divus Augustinus libro 6. de civit. Dei, cap. 7. ubi clarius Ludovicus Vives. De Junonis zelotypia plura pariter Natural. Comes lib. 2. Mythol. c. 4. & sic de aliis; quorum causa ea est; nam nec superi ab amore liberi credebantur: sic Seneca in Octavia & Hypol. ibi.

Vicit & superos amor.

Cujus rei argumentum innuit Lactantius Firmianus lib. 1. divin. instit. c. 12.

Sed ut jam ad homines sermonem revocemus, satis demonstrat efficaciam hujus animi perturbationis ex zelotypia provenientis, ipse Deus, Optimus Maximus, qui lege speciali veteri Testamento sanxit, quomodo purganda, vel convincenda erat uxor à viro de adulterio per Zelotypiam suspecta, eo sacrificio instituto de quo Num. c. 5. 13. ut tradunt D. Joan. Chrysof. orat. 4. advers. Judeos. D. Thomas. 2. 2. quest. 97. art. 1. Josephus de Antiq. Judic. lib. 3. capite 10. Philo de Special. legib. ad duo decal. cap. Theodor. super Num. quest. 10. Beccan. in Analog. veter. & nov. Testament. cap. 21. ex juris Professoribus Tiraquellus in leg. 16. connub. num. 1. Villadiego in leg. 3. tit. 1. lib. 6. for. judic. numer. 14. Peguera in pract. crim. cap. 25. & decis. 94. num. 3. & Petrus Perez de Saavedra in tract. de zelo divin. & human. part. 1. cap. 3. ubi late, cujus loco apud fideles purgatio vulgaris per ignem introducta fuit, & jure canonico justissime sublata, cap. fin. de purgat. vulgari, de quo videndi Torreblanca de Magia lib. 1. cap. 23. num. 29. quia aliqua exempla adducit, Villadiego ubi proxime, qui late formam purgationis nostræ Hispaniæ

aliquibus legibus antiquis recitatis, describit, & Martin. del Rio disquis. magic. lib. 4. cap. 4. quest. 4. sect. 3. in fin. Ex eo enim Num. cap. 5. perpendi debent verba facti Vatis, ibi: *si spiritus Zelotypia concitaverit virum; & ibi: Maritusque Zelotypia spiritu concitatus.* Nam in eis violentia affectus satis exprimitur. Dum zelotypia verbo, spiritus superadditur: cum hæc vox spiritus, quæ in sacris Scripturis variè sumitur, juxta materiam subjectæ differentiam, hic pro ira & furore usurpatur, ut docet Divus Hieronymus super 1. Ezechiel.

Quæ confirmantur ex Textu in capite 6. Proverbior. vers. 34. ibi: *quia Zelus & furor viri non parcat in die vindictæ, nec acquiescet cujusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima.* Quo loci omnes fermè Expositores, de marito uxoris adulterium vindicantem locutum fuisse Salomonem profitentur, ut Petr. Perez de Saavedra ubi proxime tradit. Conducunt mirè illa verba Cantior. 8. vers. 6. ibi: *quia sortis est ut mors dilectio, dira sicut infernus amulatio,* Divus Chrysofom. Homil. 4. in Matth. 1. sic ea exponit. *Durus inquit est sicut infernus zelus, & nos quidem plerosque novimus velle animam potius amittere, quam in tormentum zeli, atque hujusmodi suspicionis incidere.* Ex quibus satis deprehenditur zelotypia violentissimum incendium, dum inferno ipsi à divino Spiritu comparatur. Ob quod noster doctissimus Valentinus Pater Paulus Rajas eod. loco, notat. 22. n. 6. sic ait: *Est & alius hujus zelotypia, sive amulationis effectus, nec forsitan alienus ab hoc loco: nam eam illa vis, que animum amantis dolore excruciat, si quidquam in se peccari ab amato contingat: in sui juris defensionem offensum armat, & pro jaculis flammam ministrat. Quid satis expresserit alter eruditissimus Valentinus Ludovicus Vives tractatu de femin. Christian. lib. 2. de zelotyp. tomo secundo, ibi: *Est zelotypia perturbatio truculentissima, & plane tyrannus immittis, atque impotentissimus qui quandiu in mariti animo regnat, & servit, desperanda est uxori concordia; præstaret utrique mori quam alterum in zelotypiam incidere; sed virum precipue. Qui cruciatus, tormenta avari possunt, cum agitato imperii Zelotypia, tum**

ei de quo illi est metus; hinc querimonia, expostulationes, clamores, odium sui, & alterius, perpetua mali suspicio, rixa, jurgium, pugna, cades denique: nam & legimus, & fando androvis occisus à plurimis conjuges suas: sola zelotypia percitis.

Cujus de causa quot, quantaque dira, & crudelissima patraata sunt, nemo est qui nesciat: plura congerunt aliis relatis Tiraquel. in l. 13. connubial. ex numero 28. & l. 16. à num. 4. Citiacus d. controvers. 105. numer. 28. & Petrus Perez de Saavedra d. tract. de zelo divin. & human. 1. p. c. 14. apud quos plura & plures.

Neque ex eo quod hæc, de zelotypia conjugum, ut plurimum dicantur indicium levius redditur inter rivales concubinariorum, quales isti erant: Nam licet negari non possit quod inter conjuges vehementior est causa perturbationis procedentis ex zelotypia, cum amor læso superaddatur honoris stimulus, qui lethaliter vulneratur ex provocatione uxoris ad turpia, ut faceret dixit Trajan. Boccalin. ragguagli. 70. per me adducto d. §. 3. num. 192. Tamen cum zelotypia sit amoris filia, & ut dixerat Brancifort. dict. sect. 10. *fatus turpissimus à pulcherrimo genitore,* adeo ut Divus Augustin. advers. Adamant. cap. 23. dicat *qui non zelat, non amat.* Quod transit in proverbium, ut Erasmus notat in Adag. colum. 130. quia ex ipsius amoris vehementia nascitur zelotypia, ut docet D. Hieron. in 5. Ezechiel. & clarius D. Chrysofom. in Epistol. Paul. 2. ad Corinth. cap. 11. dicens *zelotypia enim sunt anima, que immodico dilectorum amore flagrant, & non aliunde nascitur zelotypia quam ex vehementi dilectione; cum enim non solum conjuges amant, imò vehementia amoris inordinati frequentius versatur inter concubinariorum, adulteros, & amantissimos: inde fit ut apud eosdem zelotypia pessima perturbatio plusquam inter conjuges effervescat, & grassetur; sicut enim bruti animantia vidimus ab hac peste passim grassari, & quod magis est, etiam in pueris reperiri, ut idem Chrysofomus Homil. 18. in epistol. ad Romanos, cap. 10. notat ibi: *scitis enim hujus passionis tyrannidem, quantasque vires ad omnem defensionem dissolvendam, & ad erigendum languidos, & remissos habeat Zelotypia natura. Et quid opus est hominibus istud dicere,**

quando & iis qua ratione non admodum valent, & in puerorum ætate adhuc immatura multam potentiam offendat zelotypia. Hi omnes sunt conjugii inexpectes, & incapaces, & tamen zelotypia laborant, ac per consequens rectè concluditur non solum inter conjuges effectum perturbationis procedere, sed in aliis etiam. Imò si bene perpenderit inter conjuges cum amor perfectus invenitur, difficiliter zelotypia vitium admitti solet: quod, licet Ethnicus Aristoteles docuit, Ethicor. lib. 8. cap. 13. ibi: *Qui namque sunt ob virtutem amici, prompti sunt ad beneficia mutuo conferenda, hoc enim est virtutis, & amicitia; atque cum ad hoc certatim properent nulla profusus inter ipsos accusationes, nec rixæ sunt.* Cujus verba explicans, & conferens, cum ea quæ dixit idem Aristoteles 9. Ethic. cap. 1. Augustinus Nipho. in tract. de amore, cap. 81. ait: *Nec tamen in præceptis tanti Philosophi est inconstantia. Nam cum lib. 8. ethicorum, inter amantes negat querelas, de amantibus loquitur qui perfectæ cupidine se amant, in hujusmodi enim amantibus querela esse non potest, quoniam cuncta agunt, ut se in mutuo perfectoque amore servent. Cum verò libro nono assignat querelas, fortasse de illis amantibus dicit: in quibus amor non venit ad perfectam genituram, sed solum usque ad incendiam, quod est cupidinis accrementum: in talibus enim esse possunt ex parte inherentia, & transformationis, nec non ex parte externorum obliquiorum. Prosequitur argumentum Petrus Perez de Saavedra dict. tract. part. cap. 1. Amor enim perfectus inter conjuges reperitur. Ob quod tignis cedri nis, & laquearibus cypressis comparantur Cantior. 1. in fin. quibus significatur impuribilis materia, odor suavissimus morum, soliditas scissuram non patiens, & cætera ad perfectam recipiamque unionem requisita, ut noster Rojas disserit, ibid. vot. 43. & 44. cum nec castitas inter conjuges deficiat Text. in leg. mulier, §. cum proponeretur. ff. ad Trebell. l. castitati, Cod. ad l. Jul. de adulter. l. consensu, §. si qua, Cod. de repud. cum aliis congestis per Anton. Gomez in l. 80. Taur. n. 3.*

Hæc omnia decisionibus juris comprobata reperiuntur: nam amor ardorem homines excæcat, atque ad furorem perducere Textus nostri docent l. 2. §. cum placuisset, ff. de origin. jur.

ibi: *capiturque amore virginis omne fas ac nefas miscuisse*, §. *fin. inst. de success. fabrilis*, ibi: *cum libera mulier servili amore bacchata*, ubi Gloss. *ut enim vino quis capitur vel baccho*, ita & amore. Auct. quibus mod. natur. efficiant. §. *illud*, collat. 6. ibi: *sed nihil est furore amoris vehementius*, cap. *quatuor 78. 11. quest. 3.* ibi: *quatuor modis pervertitur humanum iudicium metu, cupiditate, odio & amore*, cap. *cum in juventute 15. de presumption.* 24. ibi: *abjecerit regnum domini, satores, libidines amplectendo*. Docent Oldradus *consil. 210. colum. 2. vers. tertia consideratio*, Farin. *quest. 98. n. 77. cum segg. Mascard. de probat. conclus. 85. numero 20. & conclus. 142. 3. num. 6. & 7.* Gregor. Lopez in *l. 1. tit. 27. part. 4. gloss. 5. per eundem Textum*, ibi: *los en amorados*. Marius Giurba *consil. 47. num. 8.* Joan. Baptist. de Thoro in *vol. decis. 2. part. 1. vol. 18. numer. 6.* Almonf. Ciacius *ad defens. recor. discept. 8. n. 105. cum segg.* Inde fit ut ex rivalitate inimicitia inter rivales oriatur. Josephus Ludovil. *commun. opinio. quest. 24. vers. quinto modo*, Tiberius Decian. *tract. crimin. lib. 3. cap. 25. num. 55. in fin. Farin. qu. 49. num. 85.* Cum autem inimicitia sit indicium ad torturam, Text. in *leg. 1. §. prateret*, ff. *de quest. l. inimicitia*, ff. *de his quibus, ut indig. Farin. d. quest. 49. n. 10. cum segg.* Grammaticus *decis. 28. num. 4.* 26. Clarus in *§. fin. quest. 21. num. 31.* Thefaur. *decis. 24. num. 7.* Menoch. *praf. 89. n. 52. & 58. lib. 1.* Anton. Gomez. *lib. 3. variar. cap. 13. numer. 11.* ubi Aillon plures cumulat; & licet per se sola sufficiens non sit, ut reus questioni apponatur, hoc tamen fallit in criminibus occultis, quorum veritas aliter haberi non potest, ut docent Angel. in *leg. fin. ff. de quest. Roman. in l. 1. §. hoc rescriptum*, ff. *ad Sillanian.* Clarus *d. quest. 21. num. 30.* ubi copiose Baiard. Azevedo *cons. 28. num. 17.* Farin. *quest. 49. num. 101.* Giurba *d. consil. 13. num. 5. & 6.* Cevallos *comm. contr. comm. quest. 158.* Quevedus *de tortur. 1. part. cap. 6. num. 5.* Aillon. *ad Gomez dict. lib. 3. cap. 13. num. 12.* Quare concludebatur, quod in crimine de quo agimus per assassinium, deliberatè patratum, insidiosè cum instrumento sulfureo, & nocturno tempore: omni jure, & ratione ad torturam deveniri debebat.

28. Neque ex eo quod hæc versarentur inter amatos, indicii efficacia temperabatur: cum ea quæ in marito pro-

cedunt respectu inimicitia, resultantis ex rivalitate cum uxore, in concubinario pariter procedant, quia respectu juris civilis, concubinatus matrimonio equiparari solet, Text. in *l. 1. §. 3. ff. de concubin.* imò lex civilis aliquando concubinam uxoris nomine appellat *l. si uxor, vers. planè*, ff. *ad legem Jul. de Adulter.* quo Consultus illud Homeri adducit, ibi.

Non sili amant uxores diversorum hominum Atride.

De cuius explicatione videndus Erasmus in *adag. colum. mihi 134.* sed clarius idem Consultus in *eo Text. §. sed est*, ibi: *sed est ea sit mulier cum qua incessum commissum est, vel ea qua quamvis uxoris animo habeatur uxor tamen esse non potest.* Nam hæc omnia procedunt ratione affectionis, quæ non diversificatur ex eo quod causa justa, vel injusta sit, *l. affectionis*, ff. *de donat.* ubi Doctores Grimaldus *titul. de homicidio, n. 29.* Caballus in *tractat. de homicid. n. 27. cum sequentibus.* Ex quibus concludabatur quod rivalitas hæc indicium ad torturam sufficiens præbebat, cum ex ea inimicitia implacabilis resulter, ut in terminis tenuerunt Blanc. in *titulo de iudic. numero 235.* Cassion. in *prax. crimin. tractat. 2. cap. 2. numero 3.* Nevizan. in *st. nuptial. lib. 4. capite 2. numero 108. cum sequentibus*, Farinac. in *prax. question. 52. num. 145. & cons. 102. numero 4. & 16. tom. 1. & consil. 193.* 30. num. 9. & 74. tom. 2. Joannes Baptista de Thoro *dict. vol. 18. num. 32. cum segg.* qui quidem tenet quod si ex duobus rivalibus unus occisus reperitur, ab altero occisum fuisse præsumendum est.

Sed contrarium probabatur ex eo quod licet violentissimi sint amoris, & immanes zelotypia effectus, non ex eo quod quis cum pellice consuetudinem foveat sequitur vehementi amore uti, aut zelotypia passione vexari: ad hoc enim ut inimicitia capitalis inter rivales probeatur, tria concurrere debent. Primum, quod uterque rivalis captus amore illius sceminae reperitur, Secundum quod inquisitus, siue suspectus de homicidio, alium re amata potiri percipiat. Tertium quod ægrè ferat, & zelotypia affectu laboret. Quæ requisita, accuratè expendit Farinac. *dict. cons. 193. num. 46. cum sequent.* quem sequitur Thoro *dict.*

vol. 18. num. 34. In hoc enim casu licet constaret inquisitum consuetudinem illicitam per aliquos annos habuisse cum illa femina, quæ forsitan adhuc perseverabat; tamen de vehementia amoris non apparebat, imò flamma sedatæ credebantur ex diuturnitate fruitionis; nam ait Ovid. 2. *amor. eleg. 19.*

Quod licet ingratum est, quod non licet acius urit.

Veneris namque usum frequenter sequitur penitentia. Bene Joann. Ouven. *lib. 1. epigr. 13.*

Principium dulce est, at finis amoris amarus.

Lata venire Venus, tristis abire solet.

Quæ confirmabantur ex indole inquisiti qui licet Veneri indulgere solitus esset, nunquam jurgiis, contentionibus, aut rixis Occisum eo amore captum fuisse non probabatur nisi ex narratis in illis amatoris Epistolis: & quamquam in eis mentio habebatur de sollicitudine alterius amantis, & de periculo ab eo imminente, neque quis ille amans 34 esset, neque genus periculi detegebatur. Secundum, idest quod inquisitus amorem occisi sciret, vel suspicaretur improbatum omnino remansit. Tertium nempe quod ægrè ferret, vel zelotypia laboraret, deficientem notitia amoris rivalis, minimè probari poterat. Imò ex ipsismet rebus probatio sumebatur, quia tantum curialis ab incunabulis, ignorare non poterat mores Mimarum, siue Scenicarum mulierum quæ equiparantur prostitutis in lupanaribus. *Authent. de scenicis mulieribus, collat. 5. l. 2. & 4. Cod. Theodos. de scenicis*, ubi Jacob. Gothofr. & Accurs. in *dict. authent.* quos idem Ouven. *lib. 2. epig. 70.* paucis descripsit, dicens:

Serpentes, nantes, gradientes, atque volantes,

Hos, has omnes, hæc omnia vincit amor.

Hic, hæc, hoc nummus, regina pecunia & aurum,

Sunt tria, queis vincens omnia cedit amor.

Si enim inquisitus amantes illius amantia odio prosequeretur infinitos, occidere debuisset, cum earum foeminarum consuetudo sit neminem excludere, imò viros quætere, quia meretricia procacitas per equas significatur, ut probat Pier. *lib. 4. hierog.* de quibus Virgil. 3. *Georg. ex*

zephireo concipere narra, ut prosequitur Cerda *ibid.* quod non ad levitatem corporis, sed animi referendum puto; quasi hæc fabulatio designet has meretriculas, viros non habentes, ventos quætere à quibus prostituuntur. Bene ad rem Solinus *c. 36. de equab. Olym.* ibi: *Spirante Favonio concipiunt, & stientes viros aurarum spiritu maritantur.*

Quare cum imperfecta inimicitia 35 causa repetitur, indicium improbatum remanebat; & cum deficerent adminicula juxta mentem omnium Doctorum adductorum *supra n. 26.* ad torturam deveniri non poterat. Quibus accedebat quod si de mandato ad delictum patrandum aliquis inquitur, ante omnia de mandatio delictum exequente apparere debet, Text. in *l. si quis qui rem, 66. §. si tu Titium ff. de furt.* ubi Barr. & in *l. final. ff. eodem*, Boffius *de delict. numer. 36. & segg. plurib.* Farin. *g. 3. n. 1. & 2.* Guazz. *def. 4. c. 13. n. 1.* Macerat. *lib. 3. quest. 47. n. 5. & 14.* Giurba. *cons. 97. num. 7.* cum aliis per me congestis *d. §. n. 10.* cuius probatio ad instar corporis delicti reputatur, alius tolleretur iuxta defensionem resultans ex probatione executionis delicti per alium factæ, ut cum Farinac. & aliis dixi *ibid.* ob quod non poterat deveniri ad torturam, quin probatio de mandatio esset sufficiens ad eum designandum per nomen, vel saltem per signa 37 specifica, ita ut dicta defensio non tolleretur, quod est de mente omnium Doctorum. In hac specie mandatum vagè præsumebatur, ita ut neq; appareret cui datum esset, neque de executore constabat, sicque cuncta reducebantur ad vagas suspiciones & cerebrinos discursus de quibus in actis nihil etnebatur. Hæc enim non sufficiunt ad torturam, cum juxta juris regulas, ut deveniri possit ad impositionem acerbissimæ questionis exiguntur indicia legitima, juxta Text. in *l. 1. ff. de quest.* Farin. *g. 47. n. 1. cum segg.* pluribus Cuiacius *controvers. 80. n. 5. cum duob. segg.* quæ pariter procedunt in atrocissimis, idem Farin. probat *ibi prox. num. 89.* & in criminibus occultis idem Farin. *cons. 37. n. 25.* de nostro jure videndus Gomez. *d. c. 13. n. 7. cum segg.* & ibi Aillon. Et sic censuit Aula absolvendum fore ab observatione iudicii sententiæ diei 30. Julii anni 1659. Actuario Francisco Mangano.